1563 30/6

R^ndi atq Ex^mij D^ni, Maiores & Confres
Honorandi. Salutem & fraternu studium

Quid miseri nostri Neukirchenses, ab equitibus illis
perpessi sint, experimento hic didicimus. Idem enim
in omnibus locis ad quæ deflexerunt, perpetrarunt.
Misi quidem ad illos aduocatu, cum alijs nobilibus
priusq transire hanc ciuitatem permitterentur, qui
illos moneret Vt in pagis nris pacifici essent, neq læ-
derent homines Regios, qui ad ipsorum stipendia con
tribuere coguntur, commeatum paratum esse pro pecu-
nia. Hoc ipsum etiam promisisse Kellerum. Farkam
& alios duces, quod pecunia præsente satisfacere de-
berent hominibus & nihil alieni iis auferre. Pro-
miserunt prolixe omnia. & cum iam transire
uellent, Vnus ad Aduocatum, Quid igitur de statione
an non eam liberam habituri simus, sicut nobis
Burggrabius vormdutensis promisit? Respondit
Aduocatus, se nihil ea de re in mandatis habere
neq scire aliquid donatum ipsis ducibus, tamen acti-
rum Vt aliquid hauena in eum pagum, muneris
loco ipsis mittatur. Itaq cum in Kurwien &
Schulen pernoctare deberent, misi illuc dimidia
lastam hauenæ, Burggrabioq mandaui Vt is ibi
cum Balthasare curaret, ne quæ iniuria inferretur
subditis, & ut postridie discederent. Verum scripsit
is postea, illos alterum adhuc diem absumpturos
itaq hauenam postulant. Quomodo vero se gesse-
runt, scribere non est necessarium, eo quod mores
ipsorum præcurrerunt ante D. V. quæ quidem scri-
bunt ipsos Regienses esse, ego vero Prignicenses arbi-
tror, ideo quod felicissimi sint equorum uenatores.
aliquot illis excussimus, quos in hoc Epatu ceperunt
sed parum hoc. Vrnam a grauioribus sibi tempe-
rassent, nisi hac nocte singulari Dei beneficio ac-

94

Ermeland

cucurrisset Burggrabius, credo quod hac hora in pago
Schulen viveret nemo, cunctusque pagus igne absumptus
esset. Cum enim taberna ibi referta esset rusticis
qui ex omnibus partibus spectandi causa advolas-
sent, factum est, ut sartor quidam homo nihili ex
ducatu oriundus, ut creditur, contumeliose ex di-
versorio in quo erant equites quidam, provocaret
ipsos, quem vir quidam nobilis insequutus, in tabe-
rnam usque compulit. Inde vero rustici procurre-
ntes cum fustibus, lapidibus, nobilem illum inse-
quuti sunt, quem cum alij nobiles tuerentur, tinti-
nabulo in unam partem acto ad arma rustici
totam vicinitatem convocarunt. Advolans Burg-
grabius in equo videt conflictum, nobiles ensibus
rusticos fustibus, saxis, & quae furor arma mini-
strabat rem suam agere, iamque tres aut quatuor
~~ce~~cidisse, cum illo interveniens pugnam dire-
mit, cum enim omnes bombardis plurimis arma-
tos accurrere. Caesus est ex nostris unus, ita ut sta-
tim exhalaret animam, tres superventuri non pu-
tantur, aliquot etiam vulnerati leviter. Burggra-
bius pronunciat innocentes esse equites, rusticos vero
ipsis sibi hoc malum ascivisse. Addit etiam hoc
publice omnes deierasse, si unus ex equitibus con-
cidisset, quod non relicturi fuissent unum hominem
in eo pago, quem totum incineraturi fuissent. Spe-
ro, optoque ut hodie limitibus nostris excedant, sed
cohors sequitur cohortem, equites tabernam reli-
querunt, cum iterum occupatur a lancearijs. Quo-
nam tantae copiae confluant, recte mirantur [illegible] V
nisi transitus mature inhibebitur ad flumina,
vereor ne hospitum Regem ipsum poeniteat qui
supra mille equites & totidem pedites non esse
acceptaturus dicitur. Rediens enim frater Wit-

temberger illius ex Vilna, hoc ipsum retulit, dixitque
incredibiles copias ex Regno confluxisse, sic ut iam
exercitus ille, qui congregatus est, in quatuor mi-
liarium spacio vix comprehendatur. Selesio diligenter
mandavi, Ut is omnia exploraret, Scripsi etiam Zu-
delio, Ut is literis suis me informaret, quid de ea
expeditione sperandum. Si quae certiora habeo
Ut communicem oro Rdas D. V. quam diutissime
valere cupio. Dat Heilsbergae Ultima Junij
Anno M D LXIII

Instant vehementer apud me Advocatus et
amici eius, Ut causa homicidij fraterni dies
vicissim praestituatur. Quocirca peto certiorem
me facere Rdam D. V. velim, quo tempore
advocato meo sine incomodo carere possim
nequaquam enim Commissarij reliqui assessuros
sese, asserunt, si non et illum secum
habituri sint. Est et equus hic in
arce nuper ab equitibus cuidam ru-
stico in Plastwik clam abductus, quod
ideo Rmae D. V. significandum duxi
Ut illi nuncietur.

Eustachius a Kno-
belsdorff

Rndis atq eximijs Dnis Pre-
latis & Canonicis Capli
warmien. Dnis maioribus
& Confratribus honorandis

1 Julij 1563.

95v

17 Juli 1563.

Rndi atq[ue] eximij D[omi]ni Maiores & Confres honorandi.
Salutem & fraternum studium

Reversus ex Schebургk accepi l[itte]ras V. D[ominati]onis Samsonis qui
bus mihi insinuabatur reditus D[omi]norum Visitatorum
ad Ecclesiam, monebarq[ue] Vt ipsos subsequerer, Quod dum
paro, venit siluanus ex districtu Resell, quem eo mi
seram ut siluas obseruaret, simul etiam uideret
quorsum ea ferarum copia quae in Epatu fuisse dice
batur, concessisset. Retulit is ad me Wantkonium
venatu esse in siluis Ill[ustrissi]mi Cardinalis n[ost]ri, cepisseq[ue]
coruum unum & hinnulum, passimq[ue] ipsius iussu na
gari Strigenses in siluis n[ost]ris, cineremq[ue] conficere, ia
cereq[ue] lastas aliquot conflati cineris iuxta pagum Strigen
ubi etiam furnum erexisse dixit, Bona, dicta Klein
Ottern ipsum sibi vendicare, futurumq[ue], ut foeni cidio
illic & mellificio pociatur, nisi mature subuentum fieri
Burggrabium ulterius cum homine pernicaci conte
ndere nolle. Haec cum mihi viderentur maximi
momenti, & non temere ad informationem Vnius hoc
credenda, faciendum mihi duxi Vt in loca illa, ubi
venatus dicebatur & ubi cinis etiamnum est, priusq[uam]
auferatur, proficisci, & ibi omnia lustrare, Vt tanto
solidiorem informationem ad D. V. referre possem,
Quare ignoscent illae, si paucolos dies abfuero, q[uam]
primum enim ea omnia lustrauero, accurram. Scripsi
antea Burggrabio, ut huc ad me veniret, informa
ndi causa, quomodo caedes equitis abigei patrata sit,
sed breuissimis verbis respondit, promittens suum
aduentum, quem in hanc usq[ue] horam distulit. Itaq[ue]
necessarium est, ut hominem commoniam priusq[uam]
ad Rdas D. V. propero. Martinus Silesius miror
quare tam diu Caunae moretur. Caetera coram.
Spero omnino me ad proximam feriam sextam
Warmiae esse posse, modo equi hoc ipsum tolera
re poterunt. Deus Rdas D. V. conseruet. Dat
Heilsbergae XVII Iulij. Anno M. D. LXIII

F. Mathias a
Knobelsdorff

96